

... effect iper  
... de hoc nos  
... abiat no  
... libit ad hoc  
... fressa no  
... not in lll

... autem  
de hoc z  
etias vt  
Spe. in r  
de prob.  
ij. vers. 2  
z pe  
in  
...

**U**nde dicitur in scripturis  
quod si quis non habet  
heredes legitimos  
et non testatus fuerit  
ante mortem suam  
bona sua heredes  
legitimi non habentes  
possident. Et si quis  
testatus fuerit et non  
habuerit heredes  
legitimos bona sua  
heredes legitimos non  
habentes possident.  
Et si quis non habet  
heredes legitimos  
et non testatus fuerit  
ante mortem suam  
bona sua heredes  
legitimi non habentes  
possident. Et si quis  
testatus fuerit et non  
habuerit heredes  
legitimos bona sua  
heredes legitimos non  
habentes possident.

... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...  
... ab aliis ...





U. q. 17, 8





39  
D. V.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
JURE VARIO,

*Quam*  
Consensu Magnifici Jctorum Ordinis  
in florentissima Salana

PRÆSIDE

VIRO

*Amplissimo, Consultissimo atq; Excellen-*  
*tissimo*

DN. JOHANN-VOLK,

*Bechman*/J.U.D. celeberrimo, Patrono ac

Præceptore suo summo honoris ac ob-  
servantiæ cultu profe-  
quendo.

*publica ventilationi exponit*

CAROLUS FRIDERICUS REICHARD,  
Dornburgensis Thur.

*In Auditorio Jctorum*

Ad diem Januarii,

---

J E N Æ,

TYPIS GEORGII SENGENVVALDI.

ANNO M DC LIV.



DISPUTATIO JURIDICA

# JURE VARIO

Conspectus Juris Civilis

in Universitate

FRANCOFURTI

IN IOHANNIS WOLFF

OPUS

CAROLUS JOHANNES WOLFF

FRANCOFURTI

MDCCCLXXII

FRANCOFURTI

MDCCCLXXII







BONO CUM DEO

Lect. Ben.

EXhibeo tibi jus varium, in quo, si aliquid hu-  
mani passus sum, amicè corrige; Non me  
promptius monèbis errantem, quàm ego Te mo-  
nentem sequar: Nullum sine venià unquam placuit  
ingenium.

Q. I.

**A**N iustitia & Scriptura sit de essentia le-  
gis? Utrumq; nego. 1. quia de essentià Rei-  
publicæ non est ut sit recta E, nec legis. 2. Phi-  
losophus distinguit, inter virum bonum &  
civem bonum exceptâ Aristocratiâ. 3. Polit.  
ult. & 4. Polit. 7. Deinde nec Scriptura est de essentia legis.  
1. Per ea, quæ habet Aristoteles sect. 19. problem. 28. 2. Phoro-  
nei antiquissimi legislatoris leges non fuerunt in Scriptu-  
ram redactæ, Cadmus enim demum literas in Græciam in-  
trodixit. 3. Leges Lycurgi non scribebantur Plutarchus in  
Lycurgo. ultimò Germani serò usi sunt literis, cum tamen ibi  
fuerint leges. Non obstat Tacitus; plus apud eos (scil. Ger-  
manos) valent boni mores, quam alibi bonæ leges. 2. l. de  
quibus, 32. & seq. de LL. l. 8. & 9. C. d. t. S. singulorum. 11. J.  
de R. D. L. 2. C. de frument. V. Constant. libr. 11. Nov. 66.  
s. l. in pr.

II.

An periculum rei venditæ statim pertineat ad  
emptorem? A. per S. 3. J. de empt. vendit. l. 5. S. 2. commod.

A 2 l. si





*l. si in emptione. 34. §. 6. Et L. seq. §. 4. de contrab. en. r. l. contractus 23. de R. J. l. id quod 7. l. necessario. 8. l. si vendita ti. de peric. Et commod. rei vendit. l. is qui 11. §. plene 9. quod vi aut clam l. si solutam. 39. in f. de solut. l. si is. 56. de jure dot. non obst. l. si fundus 33. locat. l. 12. Et l. quod si. 14. §. f. de per. Et commod. rei vend. l. quoties. is. C. de R. vend. & quod venditor sit Dominus E. etiam illi res perit §. 3. in f. J. de empt. vendit.*

III.

Casus hic est? Sempronius in societatem contulit CCC. aureos. Titius CC. aureos. Mœvius C. aureos, quaritur dum lucrum ex hac societate distribuitur, an divisio debeat fieri secundum proportionem Geometricam? Neg, secundum proportionem Arithmeticam dividendum est.

IV.

An mutus & surdus succedat in Feudo? N. per c. 1. §. ult. 1. F. 6. ibi mutus & surdus retinere (sc. Feudum) non potest. Non obst. c. unic. 2. F. 36. ibi mutus & surdus &c. etiam si sic natus fuerit, totum feudum parentum retinebit. Nam feudista per subsequencia corrigit priorem sententiam in verb. *quidam tamen*, quod aperte patet, 1. ex subjectâ ratione, quia mutus & surdus servire non valet, quæ proposita fuit in d. c. 1. §. ult. 1. F. 6. 2. Quia clericus & foemina non succedit, c. unic. 2. F. 21. c. 1. 2. F. 26. §. 4. Et c. unic. 2. F. 30.

V.

Cur matrimonium inter collaterales usque ad sextum gradum prohibeatur? Respondet Pontifex, quia quatuor sunt humores in corpore, qui constant ex quatuor elementis. c. non debet 8. X. de consanguinit. Consimilis suavis ratio est. 1. in c. 1. C. 35. q. 4. Ideò sc. ad sextum generationis gradum consanguinitas constituta est ut sicut sex ætatibus mundi generatio & hominis status finitur, Ita propinqui-



pinquitas generis tot gradibus terminaretur, quæ reperitur  
 in c. 2. *vers. isti ferè sub fin. C. eadem q. 5. 2.* Pontifex habet  
 summam potestatem, illiq; nemo debet resistere. *v. c. si Pa-*  
*pa 6. dist. 40. c. duo sunt. io. dist. 96.* quia testante Mose non  
 in principiis sed in principio cælum Deus creavit & terram.  
*c. 1. in f. Xtra vagant. commun. de majorit. & obed. 3.* Fures de  
 patibulo suspensi debent sepulturæ tradi, scriptum est enim;  
 Non vindicat Deus bis in idipsum *c. quis situm 30. C. 13. q. 2. con-*  
*fer. c. 2. eadem.*

VI.

Quanam scientia Historica nostro Juri Publi-  
 co conducatur? Dum statum controversiæ constituo de Ju-  
 re Publico, non ita existimo, ac si Historica non esset necessa-  
 ria ad solidiorem cognitionem Juris privati. Nullus enim  
 absq; antiquitatis Romanæ & Græcæ cognitione feliciter in-  
 telliget & interpretabitur prolixam. *l. 2. de O. J.* quæ tota est  
 Historica & ex Classicorum Historicorum scriptis explican-  
 da & interdum emendanda est. Hinc apud veteres nostros  
 interpretes legimus non rarè commenta & fabulas, quæ ex  
 ignorantia Historices protulère. 2. nisi quis habeat cogni-  
 tionem Historices in Legum conciliatione sæpè frustra la-  
 borabit, prætereo materias de Magistratibus Romanis, de  
 Jurisdictione & alias quas historicâ scientiâ destitutus, exp-  
 ditè nec assequitur nec explicat. Sed ad rem redeo, de præ-  
 senti quæstione ita statuo. Constat quamlibet Rempubli-  
 cam habere suum peculiare jus publicum seu leges, juxta  
 quas debet Respublica administrari. Jam autem pro ratio-  
 ne Regiminis variant LL. v. c. noster Reipublicæ Germanicæ  
 status est mixtus ex Monarchiâ & Aristocratiâ. Hinc infero  
 leges civiles Romanas in illis rebus, quæ spectant ad specialia  
 (*secus est in Generalibus*) status nostri tanquàm decisivas à qui-  
 busdam non rectè allegari. 2. Quod patria historia magis





conducat ad cognitionem Jurispublici Germanici, quam  
Romana & Græca, præstat igitur jus nostrum publicum ex-  
culturo evolvere potius rerum Germanicarum scriptores,  
quam veteres historicos. Non excludo, sed præsuppono ge-  
neralem cognitionem Romanam & Græcam. Distinguitur  
autem Historica & Jus publicum. Nam Historicus acquie-  
scit in Generali scientiâ. Jctus autem descendit ad singula-  
ria & expendit an congruat principiis propriis Juris publici,  
ut sunt A.B. Recessus Imperii, Capitulationes & Instrumen-  
tum pacis &c hæc de Historica delibavi, insignem utilitatem  
& necessitatem Historices nuper ostendit *Vossius de arte Histo-*  
*rica c. 5.* & *Dn. Hortlederus* in præfatione von den Ursachen  
des Teutschen Krieges cujus insigne encomium non possum  
non addere. Wie aus dem Studio Historico eine Jegliche an-  
dere facultet fürnemlich das Jenige sucht / was Ihren Zweck /  
intent, und studiis dienlich: Also thut ein Fürst den Sachen  
genug / wenn Er aus gedachtem studio auch fürnemlich das Je-  
nige sucht / was Ihme zum studio politico nützlich und ersprieß-  
lich ist. Sientemal dasselbe nicht allein mit naher Freund: Väter-  
licher Blut Verwandnüss den Theologischen / Juristischen /  
Ethischen studio zugetahn / sondern auch beneben seinem Zuge-  
hörigen Theil dem Historico Grund und Boden ist.

VII.

Quare vox Politicus à multis in malam partem  
accipitur? Existimat *Thuanus* hoc factum fuisse propter so-  
cios *Henotica factionis*. 2. Maximè sic sentio, propter *Ma-*  
*chiavellum*, qui suasit Politicum posse per fas & nefas conser-  
vare rationem status, sed quam felix hujus *Statista* eventus!  
Ipsè *Casarem Borgiam* & se illis violentis consiliis pessumde-  
dit.

IX.

Quid sit ratio status? Ratio status descendit ab *Italis*  
& est



Et est Ignotum veteri Latio, videtur tamen peregrinum hoc nomen civitate Romanâ donatum esse. Et est nihil aliud ratio status, quam utilitas Reipublicæ, quæ tria debet habere fundamenta, religionem, honestatem & justitiam; v. Böclerus orat. de ratione status.

IX.

An Clericus testis jurare debeat? A. per cap. nuper nobis 51. X. de testib. & Attest. ibi nullius testimonio, quantumcumq; religiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debet credi, quod etiam usu observatur, ut patet ex responso Facultatis Helmstadiensis de anno 1647. 27. Octobr. Weil die Clerici des Juramenti testium, da es von Ihnen erfordert / sich nicht entbrechen mögen text. in cap. nuper nobis de testib. & Attest. so seynd die Pfarrherrn in actis bemelten Zeugen Eynd / zumal auff Ihre Fürstl. Durchl. etc. Euch gnädigst aufgetragene commission, dawider beschehenes Einwendens ungehindert / würcklich abzuleisten schuldig und in weiter verspürter Widerschligkeit durch rechtliche Mittel darzu zu compelliren und anzuhalten von N. B. add. Habn ad Wesenb. de testib. n. 5. non obst. aut b. sed judex C. de Episc. & Cler. 2. quod volunt testimonium ferre sub eâ fide, quam semel præstiterunt altari & Ecclesiæ.

X.

Præstanti encomio Augustissimus Cæsar mactat Advocatos in l. 4. & 14. C. de Advocat. divers. Judic. Vulgus autem plerumq; male de illis sentit. Verum illa opinio orta est propter legulejos & quosdam levis conscientiæ homines triplici ex argumento. 1. quidam ita ingeniati sunt, qui jus nostrum tanquam nasum cereum tractant, figunt atq; refingunt, ut crumenas clientum evacuent & ex litibus auream messem metant. 2. quod quidam omnis solidæ eruditionis inanes cruda studia in forum protrudunt, Hi enim nihil aliud agunt,



agunt, quam quod forum clamosa voce implent, superatq;  
inferis miscent, quos Apulejus de Asino Aureo Togatos vultures,  
vilissima capita, & forensia pecora appellat. & alius *πρωτοβουλας*  
*παρεγχεας* rethoricas ranas, sed ejusmodi audaces rabulas  
coërcet & rejicit ordinat. Torgens. de anno 1583. Tit. Von Advoca-  
taten und Procuratoren & ordinatio Politica de anno 1612. tit. 3. §.  
besonders auch/quæ sancit nullum debere in Judicio admitti,  
nisi specimen Jurispublicum in Academiis ediderit, prout  
responsum etiam fuit à Collegio Jenensi anno 1626. mens. Oct.  
ad requisitionem Regiminis Sondershusani: daß ihr N.N. da der-  
selbe Jura ex professo nie studiret, sondern nur bey den practicis  
vor einen Amanuenssem (oder Schreiber) sich gebrauchen las-  
sen/und seines profectus kein publicum testimonium vorzules-  
gen hat/das advociren und procuriren/in solcher Graffschafft/  
Canzley/und Gerichten einzulegen und zuverbiethen. berech-  
tiget. addat Carpzov. part. 1. C. 1. def. 18. per. tot. 3. quod prava-  
ricatores quidam lites nimium excaefaciunt, & alteri parti  
fundamenta clientis dolosè revelant, quos graviter punit  
ordinat. Crim. Caroli V. art. 115. der (sc. prævaricator) soll zu  
förderst seinen Theil nach allen Vermögen seinen Schaden / so  
Er solcher Sache halben empfähet/ wieder erlegen / und darzu  
in Pranger oder Halßeisen gestellet/ mit Ruthen aufgehawen/  
des Landes verwiesen oder sonst nach Gelegenheit der Mißhand-  
lung in andere Wege gestraffet werden.

XI.

An liceat thesaurum inquirere Magicis artibus,  
vel virgula divinatoria German: Wünschelruthe?  
prius præcisè nego per l. 5. C. de malef. & Mathemat. l. unic. C.  
de thesaur. lib. X. Sed ille qui hoc audet capitaliter punitur,  
sicut demonstrat Carpzov. praxi crim. part. 1. 9. 49. & seq. ele-  
ganti & lectu digno præjudicio quod quia paulo prolixius est,  
non



non potest addi. De virgula divinatoria sententiam nostram  
in disersu exquirenti aperiemus.

XII.

An formula hæc, **So wahr als mir Gott helffe  
und sein heiliges Evangelium**, apud nos in juramen-  
to possit admitti? A. cum *Magnifico Dn. Franzkio Commen-  
tar. ad Pandect. de Jurejur. n. 16.* & hæc formula etiam in Ca-  
pitulationes recentiorum Imperatorum translata est. Olim  
quidem formula in Capitulatione *Caroli V. §. 31.* ita concepta  
fuit, *inmassen wir den seiblichen Eynd zu Gott und den Heiligen  
geschworen & in Ferdinand. I. Capitulatione §. 28.* sed hæc for-  
mula immutata & correcta fuit *in capitulatione Maximiliani II.  
§. 17.* *Inmassen wir dann dessen einen seiblichen Eydt zu Gott  
und dem heiligen Evangelio geschworen/* quæ formula etiam  
repetitur *in Capitulatione Rudolphi II. §. 35. in Capitulatione  
Matthie, §. ult. in Capitulatione Ferdin. II. §. 43. & Capitulatione  
Ferdinandi III. §. 52.*

XIII.

An vi Aureæ Bullæ, in f. t. ult. Electorum liberi  
debeant addiscere Latinam linguam? Ita quidem sta-  
tuunt. 1. propter latinum exemplar Palatinum, quod ita ha-  
bet: *In Grammaticâ, Italicâ & Sclavicâ linguis instruantur.* Per  
Grammaticam dicit *Bernegger in præfat. Idol. Lauret. vers. Ex-  
tat* quod viri docti per Grammaticam intelligant Latinæ lin-  
guæ cognitionem. Verum hanc explicationem valdè frigi-  
dam esse quis non animadvertit? 2. apud *Goldastum part. 2.  
der Reichsſakungen p. 64. d. c. ult. A. B. ita exprimitur* daß der  
Churfürsten Söhne oder Ihre Erben / oder Ihre Nachfom-  
men gelehrt werden sollen / *in Lateiner/ Comparter und Schlesz-  
ner Zungen.* Ad hoc ita dico, ejusmodi versionem Germani-  
cam, utpote in multis depravatam nihil probare. Hinc rectè  
B scribit





scribit *Limnaeus annot. ad Caroli V. capit. art. 14. in verb. obedi*  
*lateinische. n. 26.* quod quando quaestio movetur, quibus edi-  
tionibus A. Bullæ innitatur, autographum cæteris exem-  
plaribus, Latinæ editiones Germanicis præferantur. Licet  
autem nulla Lex & necessitas cogat, attamen utilitas suadet  
(*infert Limnaeus*) ut Imperator, Electores &c. Latinam lin-  
guam intelligant & loquantur. Elegantiam (*verba dicti Li-*  
*mnæi sunt n. 28.*) linguæ latinæ, ut & exactam regularū Gram-  
maticarum observantiam in Magnatibus non requiro, uti  
nec in aliis, nisi linguæ Magistri sint, & de eruditione certare  
velint. Unde mihi (*sic addit Limnaeus n. 29.*) semper placuit  
Ferdinandi Cæsaris responsum, quod Titio legato, qui Prisci-  
ani interesse fiscali licentia urgebat, dedit. Oblitus eram  
cum pædagogico, non cum legato loqui. Refert ibi et-  
iam facetū responsum, quod Sigismundus Imperator à Car-  
dinale Placentino in Concilio Constantiensi admonitus, schi-  
sma esse generis neutrius non foeminini, dedit: *Placentinum*  
*sibi non placere, se esse Regem Romanorum & supra Priscia-*  
*num & ejus Grammaticam; Hactenus Limnaeus.* Meam  
hæc de re sententiam in discursu proponam.

#### XIV.

An fur aliusq; mortis reus intercessione puellæ  
nubilis, vel rupturæ laquei liberetur? Vulgus putat fu-  
rem &c. ipso jure liberari, si puellâ quædam ipsū petat sibi  
matrimonio jungi; at non ita est. Princeps demum concu-  
rentibus aliis circumstantiis potest illi in favorem matrimo-  
nii remittere pœnam ordinariam, ne tamen delictū maneat  
impunitum contra *l. ita vulneratus §. 1. §. 2. ad l. Aquil. §. l. 3. C. de*  
*Episcop. audient.* punitur perpetua relegatione *Carpzov. praxi*  
*criminali p. 11. q. 88. n. 30. qua repetit part. III. q. 149. n. 54. Idem*  
*Carpzov. de rupturâ laquei sequendum esse concludit, ut sc.*  
fur



fur de patibulo cadens ordinaria poena liberetur & relegatione puniatur, refert etiam *Dn. Jemenses. ita pronunciaffe d. p. II. g. 88. n. 41. C. seq.*

XV.

Casus hic est: Titius pater misit Sempronium filium Rudiosum in terras alio sole calentes v. g. in Galliam vel Italianam. Pater interea temporis moritur. Pecunia transmittitur filio, ut possit redire in patriam. Q. an hac pecunia post mortem patris transmissa debeat à filio conferri in hereditatem? N. cum *Arnoldo Reiger Thes. Jur. verb. filius. n. 76.* ubi refert ita fuisse judicatum in *Camerà Elector. Brandenburg.*

XVI.

An illi, qui ante usum SS. Coenae Christianam deprecationem iniere, nihilominus possint processum injuriarum continuare? *A. Carpzov. I. E. lib. 2. Tit. 17. def. 205.* daß solche Christliche Abbitte mit Aufsehnung ihre rechtlichen Zusprüche und process unschädlich sey; Jedoch sie denselben ohne Rachgier und Feindschafft der Person fortsetzen mögen. *add. tit. eodem def. 288. per tot.* Sic etiam per confessionem pastori injurianti factam non aboletur actio injuriarum. *sicut hoc loco responderunt mense Decemb. 1609.* Es wird aber auff allen Fall ewer wieder Ihn den Neilstädtischen Pfarrherrn/erhobene injurien Klage nicht abohret oder etwa derselben præjudiciret *B. N. W. Fibig Coll. leg. disp. 12. Coroll. 3.*

XVII.

An renovatio investituræ debeat fieri intra annum & diem? *A. per c. 1. in pr. ibi per annum & diem 2. F. 1. 24. c. 1. in pr. vers. prater ea ibi per annum & diem. 2. F. 55. c. unic. in pr. ibi per annum & diem. 2. F. 40. non obstat 1. c. unic. in pr. ibi ultra annū & mensē. 1. F. 22. 1. 2. Constitutio Caroli V. das Röm Königl. Majest. Regiment betreffend composita Wormatia de*  
B 2 anno



anno 1522. S. und behalten uns bevor. ibi daß in einem Jahr ei-  
nen Jeden seine regalien zu empfangen gebühret.

XVIII.

An retorsio injuriarum & juris sit licita? Pro re-  
torsione injuriarum ex jure Civili dd, adducunt l. 3. d. 7. § 7.  
l. qua omnia. 25. in pr. de procurat. l. quicum 14. §. si libertus. 6 de  
bon. libert. Illam satis probat usus hodiernus, quo etiam in-  
strumentum retorsionis (Germ. ein retorsions Notell) admitti-  
tur, si sit in continenti & legitimo modo. 2. Retorsio juris so-  
lidè evincitur ex tit. quod quisq; juris in alter. stat. ut ipse eodem  
Jure utatur, illiusq; praxis in nostris provinciis sæpè occurrit.

XIX.

An sponsiones Germ. Wetten hodiè sint licitæ?  
Dist. Aut enim causa, super quâ sponsiones instituuntur, est  
honestæ, aut inhonestæ, priori modo non valent, sed poste-  
riori per *ordinat. polit. de anno 1612. Tit. Von Spiel in verb.*  
Wie denn auch honestas sponsiones, so extra causam ludi ge-  
schehen/an seinem Ort stellen; juxta quam responderunt Sca-  
bini Lipsienses, da nun die Sache darüber gewettet / nicht uners-  
bar oder verbothen / were bemelte Wette für zulässig zu halten.  
*Carpzov. Jurisp. Forens. p. 2. C. 19. def. ult. § prax. Crim. part. 3.*  
*g. 134.* in quâ quæstione, ut hoc intransitu addam, probat, &  
præjudiciis confirmat, pecuniam debitam, ex ludo illicito v.  
c. den. Kartem nullâ actione posse peti & exigi.

XX.

An juramento contractus invalidi confirmen-  
tur? A de Jure Canonico c. 9. X. de Jurejur. c. 10. X. de arbitr.  
c. 2. de pact. in 6to. excluduntur autem illi actus, qui sunt con-  
tra jus divinum & naturæ c. si aliquid 6. c. non pejerabis 15. c. inter  
cætera 22. C. 22. g. 4. opus est relaxatione. sed quis relaxat ju-  
ramenta? Pontifex qui SCILICET est Christi vicarius c. 3. X.  
de



*de Translat. Episcop.* imò (impiè) ipse Deus *c. satis evidenter 7. dist. 96.* vane hanc potestatem sibi soli arrogat *c. novit. 13. sub finem X. de Judic. c. venerabilem 34. X. de Elect. & Electi potest.* Nos dicimus magistratum Politicum relaxare juramenta per ea, quæ tradit *Habn ad Wesenbec. d. Jurejur. n. 14. ferè sub fin.*

XXI.

An pares Curix seu Curtis in novi Feudi investiturâ, quæ fit à Clero, debeant præcisè adhiberi? *A. per c. unic. in pr. 2. F. 32. ibi sive Clericus sive laicus sit Dominus, ad probandam novam investituram semper pares curiæ (c. unic. §. item si vassallus 3. 1. F. 4. & c. 1. in pr. 2. F. 2. dicuntur pares Curtis)* sunt necessarii, non obst. *1. c. i. in fine pr. 1. F. 26. ibi.* In clericorum Feudo pariter accipiuntur pares & extranei *2. nec d. c. ratio.* quæ multis videtur claudicare.

XXII.

Quando Capitulationes Imperatorum cœperint? Non una est sententia Publicistarum. *Domin. Arumæus* refert ad tempora *Conradi I. Dn. Hordlederus apud Goldastum Politic. Imperial. part. 12. disc. 2. p. 612.* dicit capitulationes videri natas sub turbulento *Heinrici IV.* statu. *Goldastus in dedicatione Tom. III. Consulation. Imperial.* putat eas unâ cum Imperio apud Germanos ortas fuisse. *Limæus* statuit capitulationem *Carolo V.* demum fuisse præscriptam, sed mutata sententia hæc (*quam tantum exercitii gratia defendit. ut ipse dicit*) *Goldasti* sententiam seriò propugnat *Annot. ad Capitulat. Prolegom. sect. 3. n. 15.* Ita putarem, illas ex longavâ consuetudine descendere, certumq; tempus accuratè non posse assignari ad exemplum Collegii Electoralis per *A. B. tit. 4. §. fin. ibi von alter Gewonheit / quod repetitur in tit. seq. §. fin.*



Additamenta

1.

An fur transigens cum domino rei ablatæ poenâ ordinariâ an extraordinariâ debeat affici? Posterius affirmo cum Dn. Præside in nupero Collegio Pandectarum disputat. XXIV. §. 1.

2.

An jus naturæ propriè cadat in bruta? N.

3.

An actiones sint Juris Gentium? A.

4.

An omnes causæ exheredationis in Nov. 118. c. 3. exprimantur? N.

5.

An Princeps omnibus legibus à se latis tam quoad vim directivam quàm coactivam sit solatus? A.

---

Totus ab auspicio cum pendeat annus, inertem  
Non ducis, venient ordia clara Tibi.

*Benevolentia ergò posuit*

O. VV. K. Comes in VV. & S.

---

Divitis ingenii dotes tua Imemata monstrant,  
Quamq; Tibi cordi juridicina fiet.  
Maeste animo, Reicharde, tuo, sic digna sequentur  
Præmia, sic Patriæ commoda mille feres,

*ita vover*

Pereximio Dn. Respondenti  
Eberhardus Grave Hamb.



**H**ostis adest. Quid stas? clypeū cape, pelle sagittas.  
Et benè rege stā victor abito domum.

Dilectissimo suo Consobrinoposuit  
**Christianus Carolus Schallingius.**

**Q**uam pulcrum digito monstrari & dicier, hic est!  
Qui magna Themidos pulpita scandit, hic est!  
Hic est, qui dignis virtutem extendere factis,  
Et Charites Musis jungere novit, hic est,  
Nempe etiam REICHARDE tuam præconia mentem  
Tanta mero blandi nectaris imbre beant,  
Imbre beant mellis, grataq; cupidine laudum  
Excelsi pascunt pectoris usq; famem.  
Quin ergo pergis (quod jam facis) aurea sacræ  
Palladis assiduò templa subire gradu;  
Ut dicant omnes: Antiqui stemmatis hic est  
Gloria; Pieriæ gemma cohortis hic est.

Præstantissimo Dn. Respondenti Amico suo pl. ho-  
norando felicissimos studiorum, cœptorum opti-  
mè, progressus apprecando, apposuit

**Johannes Georgius à Gabelentz.**

**C**lauditur Annus, adest circumflus annus in annum  
& fugit ut veniat, & venit ut fugiat.  
Pernices imitare dies, sic fortiter insta  
Sic Tibi persolvat Summa brabæa Themis.

Præstantissimo Dn. Respondenti Amico suo  
perquàm dilecto gratulatur

**GEBHARD JULIUS à MANDELSLOH.**

Eqv. Lunáb.

Macte





M Achte tuis aufis, REICHARD, sic itur ad Astra:  
Promeritum TANDEM! sic capies pretium.

*præstabili & pererudito Dn. Respondenti,  
Amico suo sincero animatus gra-  
sularur*

Immanuel Sutorius Altenburg.

Sonnet.

**E**n feurig Herz kan nicht hierunten bleiben /  
Es fleucht empor / es dringt sich Sternen an /  
Und übersteigt die ungebahnte Bahn /  
Es pflüget nichts / was niedrig ist / zu treiben.  
Die Werke / die in einen Nu verstäuben /  
Das eitle Thun / der Freude falschen Bahn  
Verlacht es hier / und heist nur recht gethan  
Das / was uns kan der Ewigkeit einschreiben /  
Er / Werther / auch / verachtet faule Lust /  
Und denckt nur hin auff andre hohe Sachen /  
Die Weißheit ist / die uns kan göttlich machen.  
Und daß nach der auch seine kluge Brust  
Erbrennet sey / durch schöner Bücher lesen /  
Erweist diß Thun / und diß gelehrte Wesen.

Mit diesen hat seinem vielwerthesten Freunde  
Herrn Reicharden / seine Dienst-  
schuldigkeit bezeugen  
sollen

Johann Andr. Gerhardt.




















154567

ULB Halle

003 637 700

3



f  
sb.

12

VD 17






*[Faint, mostly illegible text in a Gothic script, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in two columns.]*

**Et dicit dominus et diligenter inveni  
et fugat in orientem in abissos  
in tempore serm. **XXV.****







39

D. V.  
DISPUTATIO JURIDICA  
DE  
**JURE VARIO,**

*Quam*  
Consensu Magnifici JCrorum Ordinis  
in florentissima Salana

PRÆSIDE

*VIRO*

*Amplissimo, Consultissimo atq; Excellen-*  
*tissimo*

**DN. JOHANN-VOLK,**  
Bechman/J.U.D. celeberrimo, Patrono ac  
Præceptore suo summo honoris ac ob-  
servantiæ cultu profe-  
quendo.

*publica ventilationi exponit*

**CAROLUS FRIDERICUS REICHARD,**  
Dornburgensis Thur.

*In Auditorio JCrorum*

Ad diem Januarii,

---

**J E N Æ,**  
TTPIS GEORGII SENGENVALDI.  
ANNO M DC LIV.